

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum donum linguarum sit excellentius quàm donum prophetiæ? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

*Vnum denum linguarum sit excellentius quam gratia prophetiae?*

A secundum sic proceditur. Videtur, quod donum linguarum sit excellentius quam gratia prophetiae. Quia enim sunt melioribus propria, videntur esse meliora, secundum Philosophum \* in 2. Topicor. sed donum linguarum est proprium noui Testamenti. Vide cantatur in sequentia Pentecostes. Ipse hodie apostolus Christi donans munere infolito, & cunctis inaudito seculis. Prophetia autem magis competit veteri Testamento, secundum illud ad Hebr. 1. Multifaciam multisque modis olim Deus loquens paribus in prophetis. Ergo videtur quod donum linguarum sit excellentius, quam donum prophetiae.

¶ 2 Præterea, illud per quod ordinamur ad Deum, videtur excellentius esse eo per quod ordinamur ad homines. Sed per donum linguarum homo ordinatur ad Deum, per prophetiam autem ad homines. Dicitur enim 1. ad Corinth. 14. Qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: qui autem prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem. Ergo videtur quod donum linguarum sit excellentius, quam donum prophetiae.

¶ 3 Præterea, Donum linguarum habitualiter permanet in habente ipsum, & homo habet in potestate vii eo cum voluerit. Vnde dicitur 1. ad Corinth. 14. Gratis ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua, loquor. Non autem sic est de dono prophetiae, vt suadendum \* est. Ergo donum linguarum videtur esse excellentius quam donum prophetiae.

¶ 4 Præterea, Interpretatio sermonum videtur conuenienter sub prophetia: quia Scripturae codem Spiritu exponuntur quo sunt editæ. Sed interpretatio sermonum, 1. ad Corinth. 12, ponitur post genera lingua. Ergo videtur quod donum linguarum sit excellentius, quam donum prophetiae; maxime quantum ad quam eius partem.

841

lib. 3. c. 1.  
post med.  
10. 1.

LI 4 SED

SED contra est, quod Apostolus dicit primum ad Corinth. 14. Maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis.

RESPONDEO dicendum, quod donum prophetie excedit donum linguarum tripliciter. Primo quidem, quia donum linguarum referatur ad diuersas

voces proferendas, quæ sunt signa alicuius intelligentis veritatis: cuius etiam signa sunt quædam ipsa phantasmatæ, quæ secundum imaginariam visionem

*l. 12.c.8.* apparent. Vnde & Augustinus duodecimo super Genes. ad litteram, comparat donum linguarum vi-

*† q. 173.* fioni imaginariae. Dicendum est autem supra, quod do-

*ar. 2.* num prophetæ consistit in ipsa illuminatione mentis ad cognoscendam intelligibilem veritatem. Vnde

*q. 174. 4.* cut propheta illuminatio excellentior est, quia

*2.* imaginaria visio, ut supra habitum est: ita etiam excellentior est prophetia, quam donum linguarum secundum se consideratum. Secundo, quia donum prophetæ pertinet ad rerum notitiam, quæ est amplius quam notitia vocum, ad quam pertinet donum linguarum. Tertio, quia donum prophetæ est tripliciter. Primo quidem, quia prophetia est recte ad ædificationem Ecclesiæ, ad quam qui loquuntur linguis, nihil prodest nisi expostio subsequetur, quantum ad ipsum loquentem, qui loquenter ut loqueretur diuersis linguis, sine hoc non intelligeretur, quod pertinet ad propheticum donum mens eius non ædificaretur. Tertio, quia secundum infideles, propter quos præcipue videtur esse datum donum linguarum: qui quidem forte non loquerentur linguis, reputarent infanos; sed Iudæi reputaverunt ebræos Apostolos linguis loquentes, ut dicitur Ad. secundo. Per prophetam infideles conuincuntur, manifestatis absconditis suis.

*q. 174. 4.* Ad primum ergo dicendum, quod sicut supra dictum est,  
*2 ad 1.* sicut ad excellètiam prophetæ pertinet quod aliquantum

non solum illuminetur intelligibili lumine, sed etiam  
recipiat imaginariam visionem: ita etiam ad perfe-  
ctionem operationis Spiritus sancti pertinet quod non  
solum impleat mentem lumine propheticō, & phanta-  
m̄ imaginaria visione, sicut erat in veteri testamen-  
to sed etiam exterius linguam erudit ad varia signa  
locationum profēienda. Quod totum sit in nouo te-  
stamento, secundum illud primæ Corinth. 14. Vnus-  
quisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet,  
linguam suam, Apocalypsim, idest propheticam reue-  
lationem habet.

Ad secundum dicendum, quod per donum prophe-  
ticum homo ordinatur ad Deum secundum mentem, <sup>ad</sup>  
quod est nobilis quam ordinari ad eum secundum lin-  
guam. Dicitur aurem quod ille qui loquitur lingua,  
non loquitur hominibus, idest, ad intellectum homi-  
num, vel utilitatem eorum, sed ad intellectum so-  
lis Dei, & ad laudem eius. Sed per prophetiam or-  
dinatur aliquis & ad Deum & ad proximum. Vnde  
est perfectius donum.

Ad tertium dicendum, quod reuelatio prophe-  
tica se extendit ad omnia supernaturalia cognoscen-  
da. Vnde ex eius perfectione contingit, quod in statu  
imperfectionis huius vitæ non potest haberi perfectè  
per modum habitus, sed imperfectè per modum cuius-  
dam passionis. Sed donum linguarū se extendit ad co-  
gitationem quædam particularem, scilicet vocum hu-  
manarum: & ideo non repugnat imperfectioni huius  
vitæ, quod perfectè & habitualiter habeatur.

Ad quartum dicendum, quod interpretatio sermo-  
num potest reduci ad donum prophetia, in quantum  
scilicet mens illuminatur ad intelligendum & expo-  
ndendum quæcumque sunt in sermonibus obscura, siue  
propter difficultatem rerum significatarum; siue  
etiam propter ipsas voces ignotas, quæ proferuntur;  
siue etiam propter similitudines rerum adhibitas: se-  
cundum illud Dan. 5. Audiui de te quod possis obscu-  
ra interpretari, & ligata dissoluere. Vnde interpreta-  
tio

538 QVÆST. CLXXVII. ART. I.  
tio sermonum est posterior quam donum linguis: n-  
patet per illud quod Apostolus dicit prime ad Corin-  
thios decimo quarto, Major est, qui prophetat,  
quam qui loquitur linguis, nisi forte interpretetur.  
Postponitur autem interpretatio sermonum deno-  
linguarum: quia etiam ad interpretandum differ-  
entia linguarum genera interpretatio sermonum sta-  
tendit.

QVÆST. CLXXXVII.  
*De gratia sermonis, in duos articulos divisus.*  
D Einde considerandum est de gratia gratis data que  
consistit in sermone, de qua dicit Apostolus  
ad Corinth. 12. Alij datur per spiritum sermo sapientie,  
alij sermo scientie.

¶ Et circa hoc queruntur duo.  
¶ Primo, utrum in sermone consistat aliqua  
gratis data?  
¶ Secundo, quibus haec gratia competit.

ARTIC. I.

*Vtrum in sermone consistat aliqua gratia  
gratis data?*

842

A D primum sic proceditur. Videtur, quod in ser-  
mone non consistat aliqua gratia gratis data:  
quia enim datur ad id quod excedit facultatem natu-  
rae. Sed ex naturali ratione adiuventa est ars rhetori-  
ca per quam aliquis potest sic dicere, ut doceat, in-  
secat, ut fleat; huc Augustinus \* dicit in qua-  
doctrina Christiana. Hoc autem pertinet ad genus  
sermonis. Ergo videretur, quod gratia sermonum con-  
sistit gratia gratis data.

¶ 2. Præterea, Omnis gratia ad regnum Dei pertinet. sed Apost. dicit I. ad Cor. 4. Non in sermone  
est regnum Dei, sed in virtute. Ergo in sermone non  
consistit aliqua gratia gratis data.

¶ 3. Præterea, Nulla gratia datur ex meritis quia  
fi ex operibus iam non est gratia, ut dicitur alibi.  
II. Sed sermo datur alicui ex meritis. Dicit enim  
Greg. exponeas illud Psal. 118. Ne auferas de te  
me.